



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XV. Indulta pro vacaturis sublata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

gratias, in quibus quomodolibet de vacaturis disponeretur, ut prosequitur Gonzalez loc. jam adducto n. 80.

Quare si instantibus Germanis, Gallis- XV.
que, omnes gratiæ, & concessiones Be- Indulta super
neficiorum vacaturorum in genere, vel vacaturis sub-
in specie, facta vel non facta designatio- lata.
ne certæ Personæ, per cuius obitum Be-
neficium vacare contigisset, à Tridentina
Synodo irritæ factæ sunt, inhibitumque
Indulta concedere, & concessa abroga-
ta, itaut quanquam Romani Præsules,
quorum potestas conciliarem excedit, si
vellent hasce gratias concedere, possent;
nihilominus ii post Concilium rarissime
super his indulgere consueverint in obse-
quium tantorum Patrum, testimonio
Gonzalez loco jam relato num. 70. &
sequent., Lother. lib. 2. de Benefic. quæst.
25. num. 4. & 5., nemo sane affirma-
bit permisum idem esse laicis Principi-
bus, quod tam solemniter in Oecumeni-
ca Synodo sibi inhibuerunt Summi Ro-
manæ Ecclesiæ Præsules, nedum Germa-
nis Imperatoribus, quorum vox hæc
semper fuit, ut talia ab Ecclesia arceren-
tur, utpote sacris Canonibus adversa;
nisi dicendum sit, Synodicas constitutio-
nes, quæ juxta Germanorum omnium
opinionem hujuscemodi concessiones

22 *De primariis Precibus Imperialibus*
damnabant, hæc, quæ omnibus Ecclesiæ
universalis Ordinariis, Pontificibus etiam
Romanis negabantur, laicis Principibus
indulsiſſe: quod nemo cordatus vir pro
vero arbitrabitur.

XVI.

Preces Im-
periales liber-
tati Ecclesia-
stica oppo-
nuntur. X

Preces
imperialis
libertatis
ecclesiasticae
opponuntur.

Crescit injuria libertatis Ecclesiæ, si
recte intelligatur pondus Exequitorum,
quos Augustissimus Imperator constituit
ad Preces suas exequendas; sunt quippe
ii duo Celsissimi Germaniæ Præfules,
& Deputati ad compescendum pœnis,
& multis laicalibus Ordinarios, & Capi-
tula inclytæ nationis Germaniæ, quæ
Precibus Imperialibus, imò dicam præ-
ceptis, & jussis parere distulerint: hæc
in Ecclesia Dei soli Romani Pontifices fa-
cere consueverunt, neque ulli laico Prin-
cipi sine concessione Apostolica permissa
unquam fuerunt; vetustus nanque stylus
is fuit, ut cum Summi Pontifices man-
data de providendo vacatura dedissent,
primum Ordinariis Collatoribus scribe-
rent literas monitorias rogantes Episco-
pos, dein præceptorias, & demum si
cunctabantur Ordinarii, & monita ægrè
ferebant, executorias: quo stylo subla-
to mos fuit, Romanos Præfules solas
exequotorias literas expedire, quibus ii
certos destinabant Exequutores, qui vel
ipsos Ordinarios ad dandum Beneficium